Grochowski **Debitum**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Gregorius olim Jacobi Borowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobili Josepho filio Nobilis Joannis Holonka Grochowski et ipsius posteris certi veri et liqui di debiti mutuatiq[ue] pecuniae Duodecim florenos polon[icales] hinc et ab actu praesenti pro Dominica Septuagesima in Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo secundo proxime futuro et ab expectatione eiusdem summae in qualibet septimana labores per unam diem expedire ac soluere se de omnibus bonis cum posteris suis submittit ac inscribit. Sub vadio simili aliorum Duodecim florenorum polon[icalium]. Et coram officio praesenti peremptoria missione sine ulla Dilatione motione appellatione diffugio quouis ac Exceptione.

Dzierzek **Quietatur**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Josephus filius Nobilis Joannis Holonka Grochowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia sibi Nobilis Thomas olim Jacobi Dzierzek Quadraginta florenos polon[icales] debiti sibi per eum inscripti realiter et ex integro persoluit ideo ipsum quietat Inscriptionem cum toto eius effectu cassat et annihilat perpetuis temporibus.

Roszkowski **Quietatur**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Petrus olim Mathiae Lesznowski nomine suo et Nobilis Valentini fratris sui minoris a quo de rato et grato cauet sanus mente et corpore existens palam et libere recognouit. Quia ipse a Nobili Bartholomaeo Roszkowski auunculo suo Quadraginta Sexagenas polon[icales] debiti per ipsum olim parenti suo coram Actis Terrestribus Surasensibus inscripti pro exdotanda sorore sua Nobili Helizabeth in matrimonium Nobili Sebastiano Idzkowski desponsata recepit et manualiter leuauit et eidem futuro genero suo in rem dotis tradidit. Respectu cuius receptionis dotis idem Sebastianus Idzkowski praefatae Nobili Helizabeth Lesznowska reformationem in medietate omnium et singulorum bonorum suorum fecit et inscripsit ideo ipsum quietat Inscriptionem cum toto eius effectu cassat et annihilat perpetuis temporibus.